

*EPISTOLA DEDICATORIA.*

hac tanquam effœta mundi deficientis senectæ, perinde dignum ac idoneum nondum offendo; quibus enim cordi, & curæ, bonarum artium studia sunt: in iis summa doctrinarum observantia, cum summa prudentia suspiciatur, necesse est. Meæ insuper partes, idem exigunt, nisi mihi parum vel nihil mentis foret, acceptum ferre iis, quorum sub administratione laudabili, teneriorem ætatem, mitioribus studiis excultam, alteram quasi vitam retineo. Jure quoque hæreditario, hoc quidquid est. Ampl. DD. VV. deberi convenit, nec modo Augustum, verùm etiam Augustanum dicere, non reformido, quòd Imp. Augusto, olim suspensum, Coloniae ejus deductæ, quasi accrescere æquum est. Præsens igitur munusculum pro excellentissima vestra dignitate per exiguum, mea autem tenuitate non minimum, si pacata qua consuestis fronte complexi, approbaveritis, tùm demum laborem verè improbum, fastidioque plenum, subiisse haud poenitebit. Valete. Augustæ, Anno post Christum natum, M. DC. III, Kal. Septemb.

MM. VV. DD.

*Devotissimus*

Joannes Bayerus, JC.  
CAN.